



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Lvdovicvs Rex C. 25. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

418 VITA SANCTORVM. 25. Aug.
mo etiam ipsi adridebant. Ex Surio & Baron.

Cesset vitiorum pruritis, pestifer, discontatur
sensibus caligo tota pompa satularis, abjectatur
mentibus mundane cupiditatis illusio, appetans
paupertas Christi, sanctitas anima custodiatur,
ut imago Creadoris nostri portetur & clarecat
nobis. S. Pet. Chrys. lerm. 117.

S. LUDOVICVS REX C. 25. Augusti.

V Itam omnem LUDOVICI noveris, si leges no-
veris, quas sibi primò, tum deinde filio dixit.
Harum capita habe. I. Deum præ omnibus ama-
to. II. Peccatum mortiferum ceu anguem fugio.
III. Adversis ne deprimitor. IV. neve prospic
extollitor, V. Animæ plagas spirituali medico co-
brò nudato, & medicinam quamvis asperam nul-
lam respupo. VI. In precandi studio assiduus esto.
VII. Animum in misericordia & liberali geni-
to. VIII. Cum animo male est, in consilium quam
mox virum bonum adhibeto. IX. Boni tibi non-
quam non absunto, mali semper exsunto. X. Bo-
num omne amplectitor, malum orane detestator.
XI. de Deo loquentibus aures lubenter dato.
XII. obrectationibus verò obserato. XIII. Deum
Divosque impunè, te Rege, nulli lacessuoto.
XIV. Gratus Deo in primis, sed & hominibus el-
se momento. XV. Pro tribunali æquus esto, &
pauperum querunonias ne negligito. XVI. In
equissâ tuâ, dum res non liquet, contra te statu.
XVII. Alienæ ocyüs restituito. Clero & Religiosis
pro scuto esto. XVIII. Parentibus amorem defecto.
XIX Bella si contra Principes Christianos gerere
necessitas suader, sacris pacito. XX. Lites provi-
dirimmo. XXI. In Magistratus sculps inquirito.
XXII.

25. Aug.
aron.
ciatatur
iciatur
appetatus
studium,
lareca
ugusti.
leges no-
filio dixi.
ibus ama-
m fugio.
prosperis
edico ut-
eram nu-
dius elo-
dem geri-
um quam
tibi nu-
. X. Bo-
testator.
er dato.
I. Deum
cessuato.
nibus ef-
esto, &
XVI. In
te statu.
religiosa
deferto.
os getere
pro virtu-
inquirito.
XXII.

26. Aug. VITA SANCTORVM 419
XXII. Pont. Max. ut par est, reveretor. XXIII. Im-
pense modestiam ne excedunto. XXIV. Pro me,
ubi obiero, sacra fieri curato. Ex Surio.

Amat Deus disciplinam; perversa autem & fal-
sa innocentia est laxare habendas peccatis. Valde
perniciose sentit filius patris lenitatem, ut justè po-
stea sentiat Dei severitatem, & hoc non solus, sed
cum dissoluto patre suo. S. Augustinus sup. Ps. 30.

SS. IRENÆVS & ABVNDIVS MM.

26. Augusti.

Quid auro te vestis homo, si nobiles animas
etiam in cœno latentes Numen amat? quid
opobalsama spiras, quando etiam inter latinas
(parce, si Superis parcis, & mihi) suavè tamen olet
virtus? Age & qui nares sordidis rebus, ne aures
nominiibus nega: docebunt te hæc alta negligi à
celo, infima eligi. Erat IRENÆVS conditione vitæ
homo omnium ultimus Romæ (in cloacas fortu-
or munus detruserat) in tantis sordibus tamen
candidissimum animum eumque Christianum
circumtulit. Fortè D. Concordia corpus exanime,
beu! non digno sepulchro, cloacâ tumulatur.
Quærit hoc pietas Christi na, quærit & impietas
Porphyrii militis; illa virtutis odore, hæc avaritiæ
illecta, & nummos in vestibus & gemmas subodo-
nata. Atque hæc sua consilia Porphyrius IRENÆO
detegit. Itur, eruitur Concordia nullâ spurcitie
asperfa. Sed aurum & gemmam Porphyrius excæ-
catus ab avaritiâ nullam videt. At hoc abeunte,
IRENÆO merum aurum & una gemma totum cor-
pus Martyris visum. Igitur ABVNDIVM in auxilium
vocat, & ad Lustinum Presb. thesaurum fert; ille
terrà abscondit. Sed & merces sua IRENÆO &

ABVN-